

## Capitulum

## XXV

Quedam dispositiones cor-  
poris iuuantes orare volen-  
tem. Capitulum XXV

**S** **q** **U**oniam autem mul-

ta sunt que ofoni adminiculantur: et validum etiam eidem presentent adiutorium leuitaque ipsa sibi: conueniens est ut ea tibi nominem et numerem. Dico igitur quod unus ex his est positio seu dispositio corporis: qualis est prostratio ipsius corporis: genuflectio eiusdem: expansio manuum: et eleuatio eorumque: sicut erectio oculorum ad celum. His enim non est dubium: et unoquoque eorum ofonem adiuuari ut deuotior et obnoxior sit. Propter quod et ecclesia dei statuit et obseruat: ut in missarum celebrationibus sacerdotes expansis manibus orent: presertim ab ea hora qua sursum corda canit. Fit autem in rememoratione dei ac domini nostri iesu christi: qui expansis manibus et semetipsum et ofonem suam: in ara crucis obtulit: huius sacrificii et ofonis rememoratione et fit in missa. Quatum ego autem video: illa dispositio corporis unicuique in ofone sua et habenda et perseruanda est: per quam adiuuari se maxime sentit. Scio namque genuflectionem quibusdam esse impedimentum ofoni. Sicut et crebras genuflectiones laboriose namque sunt: et propter hoc de cogitationibus non nihil in se rapiunt: et ob hanc causam cor humanum ad deum totaliter colligi non sinunt: propter quod omnium dispositionum corporis mihi conuenientior videtur esse accubitus: quo incumbit sub podiaculo alicui maxime ex parte sinistra: magis enim quietat corpus magisque liberum permittit esse cor accubitus homini: quantum expedire mihi videtur orantibus: ut quieto corpore ab omni molestia: et libero corde ab omni mala distractione seu sollicitudine sint in ofone. Sicut scriptum est de Josophat: qui timore preteritis: totum se pulit ad orandum deum. Dauid autem prudenterissime intelligens: quod cogitationes cor humanum rapiunt interdum quasi violentia quadam: interdum autem et furantur ipsam etiam subuersi. Tanquam est subuersi predictum sic cogitatione aliqua auertit ab ipsa intentione et attentione ofonis: et nescit ubi sit aut quo deuenit: propter quod dixi furantur cogitationes homini cor humanum.

furantur inquam et surripiunt subuersi ita ut illa hora et ubi sit ignorat: et male quod indecenter se habeat omnino non videat. Et propter hoc dixit. Nunc inuenit seruum tuum cor suum ut oraret te ofone hac. Inuenit inquam tanquam predictum prius. Quid est autem rationali indecenti? quod ab ope cui summo opere insistendum est eidem motu misce vel pulcibus rapiatur: et ab ipso deo cui ex totis iuribus suis adherendum est: etiam tactu pedis unius musculi abruptitur. Quid est turpis? quod neglecto tam necessario: tanquam salutari ope: vicis ofonis tam arduo tanquam discriminoso negotio: causa vicis qua de vita et morte eius agit: ut de morte. scilicet effugiat: et redeat ad vitam: sequi musculas cogitationum homini: eisque circumferri ita ut de eis ludere videantur. He sunt aues quas Abraham abigebat a sacrificio: nec ignorum tibi esse debet ofonem esse sacrificium iuxta modum quem doceris in sequentibus. He sunt musce morientes: que teste Salomone in ecclesiaste: perdunt suauitatem vngentis: quod scilicet vngentis est ofo. Est est: ofo vngentum: sicut faciam te scire in sequentibus: omnes dolores cordis mitigans: omnes morbos curans et vulnera sanans: mira et incredibili suauitate profundes illud: atque letificans super omnia etiam aromata flagrantia: suauitas redolens et spirans. Primum autem suauitatem non vico meritis vel substantiam: perdunt musculas antedictae. Non est patiuntur cor antedicta suauitate profundum. Nec ipsam ofonem esse delectabilem aut incundam. Et de his faciam tibi certitudinem in his que sequuntur post hec. Tu igitur erubescere abominare et abhorre: non solum in sacrificio ofonis: sed etiam in omni alio ope: musculas homini agmina in corde tuo sedere vel volitare: ne tibi dici possit: quod beelzebub est: quod interpretatur vir muscarum. Auerte cor tuum a musculis homini: et ne exponas illud comedendum et inquinandum eiusdem: sicut quibusdam moris est: quod tanta desidia atque ignauia pigrescunt: ut erumescere se a musculis homini a cordibus suis abigere vel non valeant vel non velint. Protegendum igitur est cor et optendum quantum in egypto phentium tenebrarum atque mortis viuimus a musculis homini. Egyptus namque ista musca grauissima diuersi generis semper abscondit. Qua propter quemadmodum decaluar homini